



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 6. Clementis Alexandrini, & Senecæ iudicio luxuriantes in bestias
mutari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

hominum opinione alienum est, quæq; fera
 unitantum vitio seruit: at qui hominis spe-
 ciem habet, omnibus vitijs in unum congestis
 & cumulatis, ultra eorum temeritatem &
 amentiam progreditur. Ac ne me hyperbolice
 loqui putes, res ipsas incorrupta mente perpen-
 damus. Cum enim quispiam ut taurus subsul-
 tat; ut asinus calcitrat; ut salacissimus equus
 in feminas hinnit; ut ursus voracitati studet;
 ut mulus corpus saginat, ut camelus iniuria-
 rum memoriam retinet; ut leo irascitur; ut
 lupus rapit; ut scorpius ferit; ut serpens subdo-
 lus est; improbitatis venenum ut vipera con-
 servat; opes denique, vel, ut rectius loquar,
 peccata cumulat, ut scarabeus scarabeas, quo-
 nam pacto quispiam hunc belluino animo pre-
 ditum inter homines recensere poterit, cum
 mitis ac placide nature lineamenta in eo mi-
 nimè perspiciat, verùm Scylla cuiusdam, &
 Chimera atque Hydra (iuxta externas fabu-
 las) foetorem cernat.

§. VI.

Clementis Alexandrini & Senecæ iudicio, lu-
 xuriantes in bestias mutari.

Clem.
 Alex. l. 1.
 Pædago-
 gi, c. 13.

Affonat & Clemens Alexandrinus his
 verbis. Quin etiam, quod supremum est om-
 nium, ipsam Philosophiam definiunt, studium
 rectæ

recta rationis, adeò ut sit necessariò delictum, quidquid fit propter errorem rationis, & meritò Græcè vocetur ἀμαρτία, hoc est, erratum, quod etiam peccatum significat. Iam enim quando primus homo peccavit, & Deo non obediit: Et iumentis, inquit, assimilatus est homo, qui præter rationem aberrasset, meritò rationis expertus existimatus comparatur iumentis. Hinc etiam dicit Sapia: Equus ad coitum, libidinosus, & adulter irrationali iumento assimilatus. Et ideò subiungit: Quocumq; super eo sedente hinnit. Non amplius, inquit, homo loquitur. Non est enim amplius particeps rationis, qui peccat præter rationem: est autem expertus rationis bellua, dedita cupiditatibus, cui omnes voluptates insident. Ita ex hominibus equos facit luxuria; quos, eodẽ teste Alexandrino Clemente, & luxus in bestias mutat, luxus, inquã, ille, qui in escis & esculentis quæritur. Ita enim disputat. Victus, qui sufficientiam excedit ac obruit, homini multum officit; animam certè segnem & inertem reddit, corpus verò valetudinarium, & quod in morbos facile prolabitur efficiens. Quin etiam voluptates quæ in diiudicandis condimentis anxie sunt & difficiles, probra & maledicta inurunt: utpote liguritionem, in-

M m 3

gluuiem

Idem
Alexand.
Clemens.
l. 2. Pædo-
gogi, c. 1.

gluuiem, edacitatem, voracitatem, insatiabilitatem, & huiusmodi alia. Musca quoque aptissimè vocantur, & adulatores, & gladiatores, & immane genus parasitorum: ventris voluptate hi quidem rationem, illi verò amicitiam, alij autem vitam ipsam vendentes, super ventrem serpentes, bellua hominibus similes, ad imaginem patris sui, edacis voracisq; bellua. Has ciborum vinorumque Charybdes etiam Seneca in animalium ratione ca-

Senec. ep.
60.

rentium classem reponens ait: Taurus paucissimorum iugerum pascuis impletur: una silua elephantis pluribus sufficit: homo & terra pascitur, & mari. Quid ergò? tam insatiabilem nobis natura aluum dedit, cum tam modica corpora dedisset, ut vastissimorum edacissimorumq; animalium auiditatem vinceremus? minimè. Quantulum est enim, quod nature datur? paruo illa dimittitur. Non famemes nobis ventris nostri magno constat, sed ambitio. Hos itaq; (ut ait Sallustius) ventri obediens animalium loco numeremus, non hominum; quosdam verò ne animalium quidem, sed mortuorum.

§. VII.

Eiusdem Clementis sententia, quos vulpibus cicadis, & c. comparet?

Verum